

M. PAULI JUUSTEN,  
EPISC. QUONDAM AB.  
CHRONICON EPISCOPORUM  
FINLANDENSIUM,  
ANNOTATIONIBUS ET SYLLOGE MONU-  
MENTORUM ILLUSTRATUM.

---

CUJUS

PARTICULAM XLVII,  
CONS. FAC. PHILOS. R. ACAD. ABOËNSIS,  
PRÆSIDE

M. HENRICO GABRIELE  
PORTHAN,

ELOQU. PROFESSORE REG. ET ORD. R. ACAD. LITT. HUMAN.  
HIST. ET ANTIQ. TT. NEC NON R. SOCIET. SC. UPSAL.  
MEMBRO,

*Publicæ bonorum censure submittit*

JOHANNES JACOBUS ESTLANDER,  
Ostrobothniensis,

IN AUDITORIO MAJORI die XV Aprilis  
A. MDCCXCVII,

Horis ante meridiem confvetis.

---

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

47

IN NOMINE DOMINI AMEN  
CORPORATIONE EPISCOPORUM  
SACRILEGII

IN NOMINE DOMINI AMEN  
CORPORATIONE EPISCOPORUM

IN NOMINE DOMINI AMEN  
CORPORATIONE EPISCOPORUM

IN NOMINE DOMINI AMEN  
CORPORATIONE EPISCOPORUM

IN NOMINE DOMINI AMEN  
CORPORATIONE EPISCOPORUM

IN NOMINE DOMINI AMEN  
CORPORATIONE EPISCOPORUM

IN NOMINE DOMINI AMEN  
CORPORATIONE EPISCOPORUM



KONUNGENS  
Tro-Tjenare, Fältkammereraren  
Högådle

*Herr ISRAEL ARPPE.*

KONUNGENS  
Tro-Tjenare, Håradshöfdingen i Nedre Karelen,  
Högådle

*Herr NILS ARPPE.*

Mine Vördade Herrar Vålgörare!

*Tillåten, Mine Herrar, at jag drifvar uppoffra Eder detta Academiska arbete. Det sker för at offentliggen få betyga Eder min odödeliga värnads för åtnjutna utmärkta vålgärningar; och jag följer derutinnan endast mit hjertas drift, utan at rådfråga mina krafter. Min djupa erkänsla skall beständigt vara förbunden med de upriktigaste önskingar för Eder vålgång; och at se dessa mina önskingar upfyllda, skall vara ämnet för min lifligaste glädje. Med dessa tankefätt skall jag räkna det för en ära, at intil dödstunden framhånda*

Mine Vördade Herrar Vålgörares

Ödmjukaste tjenare.  
JOH. JAC. ESTLANDER;



## THESES RESPONDENTIS.

### THESIS I.

**G**rammatica interpretatio, sanæ Exegeseos omnis esse debet fundamentum.

*Thes. II.* Ea igitur ratio scripta explicandi vetera, qua sententia iis tribuitur quam interpretes verissimam existimat, non quam contextus & temporis scriptorisque ingenium postulant, veræ Hermeneuticæ & Logicæ e diametro adversatur.

*Thes. III.* Neque talis queri interpretes merito de injuria potest, si alii, simili usi pia fraude, ejus verba in consensum cum suis opinionibus, ejus licet menti maxime adversis, quocumque modo ire cogunt.

*Thes. IV.* Licet plantæ sic dictæ sensitivæ analogiam quandam cum sensu animalium, primo habere videantur intuitu; multum tamen ab eo absunt.

*Thes. V.* Rex Gustavus Primus prædia ecclesiastica cum ærario conjungere, sine ulla vel Ecclesiæ vel ordinis Ecclesiastici potuit injuria.

*Thes. VI.* Qui ex multitudinis judicio pendet, valde lubricum ad gloriam iter ingreditur.

*Thes. VII.* Recte Ennius: *Qui sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam, sapit.*

*Thes. VIII.* Non semper eruditis sententiæ imputandæ sunt, quæ ex placitis suis per bonam consequentiam fluunt; sed neque credendum est, eos sententias omnes vere fovere, quas præ se ferre, ad invidiam declinandam, aliquando solent.

*Thes. IX.* Sic parum probabile est, Epicurum sincere credidisse Deos existere.

*Thes. X.* Qui sensuum tollere fidem allaborant, aut ipsi stulti sunt, aut alios omnes esse stultos putant.

---





## M. MICHAEL AGRICOLA.

Locum suum natalem, vir de Ecclesia patriæ meritis-  
tissimus, eundem quem Auctor noster, ipse prodidit,  
*Micbaëlem Agricola*m Torsbyum sese appellare solitus (837).

ii) De plerisque rebus hic commemoratis, supra sa-  
tis pro consilio nostro jam disputavimus. — *Scriba Au-*  
*Z z z z* *cto-*

dem addimus, reperisse nos in Dissert. JOH. BERONII (Upsal. a. 1724, Præf. Cel. FANT ed.) *De Exsecutione Recessus Arosensis* a. 1527, (quæ relatione ex actis hausta, de toto hoc negotio, Ms. Nob. Örnholmii, inprimis duce utitur) p. 8 locum ad res nostras pertinentem hunc memorabilem: „A. 1545 d. 27 Apr. procuratori suo in præfectura Aboën-  
si Thomæ Johannis atque Olao Trottonis in Alandia Rex mandavit, ut  
singulos fundos rurales, sedi Episcopali Aboënsi hætenus subjectos,  
Fisci nomine occuparent, quoniam senio tum confectus Episcopus Mar-  
tinus Skytte taxam illam, quam vocabant, seu pecuniæ summam, Re-  
gi vi contractus solvendam, præstare non posset sibi que commissa præ-  
dia curare. Ei vero in sustentationem reliquæ ætatis concedebatur Præ-  
benda S. Johannis atque redditus *Procuracionis* nomine insignitus.“  
Unde discimus, vivo adhuc Episcopo Martino (secus atque supra pag. 696 conjecimus), atque quinquennio ante ejus mortem, fundos Episcopales Regalibus illis adjunctos fuisse, idque tanta severitate, ut seni Episcopo ad vitam sustentandam nonnisi *Præbenda S. Johannis* (vid. p. 693 not.) relinqueretur, una cum redditibus *Procuracionis*, h. e. mercibus vel pecunia, ab Ecclesiarum Curatis Episcopo easdem visitantibus exhibita, Svet. *Gengård*; ex qua quidem Senex, qui per alios, ob ingravescentem ætatem, Visitationis officium peragendum curare cogebatur, haud multum lucrari potuit. Quomodo reliquis etiam Episcopis eodem tempore fundos fuisse ablatos, nonnisi exigua redituum parte iis relicta, ibidem docetur.

(837) Patrem ejus *Olavum Simonis in Torsby*, fuisse Piscatorem Prædii *Serkilæ* in Nyland, scribit RNYZELIUS (*Episc.* p. 544 n. N), nescio cujus





)

734

(



tori hoc loco significare *scriptorem librarium* videtur (*Skriffvare, Renskrifvare*)? *Cancellarius* autem, *MESSENIO Archigrammateus*; quem nos hodie dicere *Secretarium* solemus? Vid. *GESNERI Thesaur. L. Lat.* in illa voce.

*Magistri honore Agricolam* a. 1539 fuisse ornatum, supra (p. 723 not. 828) vidimus; quo eodem anno *Wittemberga* (ubi degens, *Præbendam S. Laurentii* ad *Ecclesiam Aboënsis*, in studiorum suorum subsidium, a Rege, literis supplicibus ad hunc die 20 Aug. a. 1537 datis, atque in *Archivo Palmisköldiano* legendis, petiverat atque obtinuerat) rediit, testimonio & *Lutheri* & *Melanchthonis* (ut ex literis eorum ad R. *Gustavum* datis intelligere licet) amplissimo munitus (838). Reduci factò, ad priorem suam *Præbendam (S. Laurentii)*, aliam etiam *Episcopus Martinus* adjecit, nempe *S. Bartholomæi* illam (839);

Genealogi nixus asserto. Prædium quidem *Serkilæ* in eadem, in qua *Torsby*, parœcia *Pernoënsi* habetur: an vero illi prædio hic subjacuerit pagus, non multum inde remotus, nosmet latet.

(838) Literæ *Lutheri*, datæ *Witteb.* die 17 Aprilis a. 1539, legi possunt in *Appendice ad Hist. Eccles. Spegelianam* p. 84 sq. ubi de nostro scribit: *Comitem itineris adducit (Georgius Normannus, institutioni Regii Principis præficiendus) Michaëlem Agricolam, Sœtiæ Tuæ filium & indigenam, juvenem sane; sed eruditione, ingenio & moribus excellentem, qui poterit in Regno Majestati tuæ plurimo esse usui; deinde addens: hunc Majestati tuæ commendo ut probatum hominem; & precor Christum, ut per hos multum fructum faciat Christus ipse; qui eos per Majestem tuam vocat & ordinat.* Literas *Melanchthonis*, dat. *ibid.* d. 12 Maji 1539, ex *Archivo Palmis.* exhibet *Diss. M. HUMBLE* cit. p. 18 sq. not m). *Agricolam* a. jam 1529 *Wittembergam* ab *Episcopo Martino* fuisse missum, unde *RHYSLIUS* (l. c.) didicerit, nesciamus. Parum autem probabile videtur, eum per decem annos fuisse ibi commoratum?



(839); quam utramque, donec *Episcopus* (sive ut Anstites hos Ecclesiarum Euangelicos dici R. *Gustavus* maluit, *Ordinarius*) Aboënsis constitueretur, retinuisse videtur (840). Pro quo eodem stipendio munus etiam Rectoris Scholæ Aboënsis administrasse, putamus; ut successori suo M. *Paulo Juusten*, *Præbenda Clericorum*, stipendii loco item fuit concessa.

iv) De Scriptis *Fennice* (qua lingua antea vix quidquam literis (841) fuit exaratum) ab *Agricola*, ad Reformationem Religionis per Finlandiam promovendam editis, agitur ex instituto in *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1796, N:o 15, 16, 19, 21, duce imprimis *Oratione Synodali* (adhuc Ms.) quam a. 1775 coram congregato hic Clero Diocesis Aboënsis habuit S. Archiep. & Acad. Pro-Cancellarius D. CAROLUS FRID. MENNANDER, cujusque nobis copiam benigne fecit Filius suus, Musis nostris faventissimus, Generosiss. Dn. CAROLUS FRID. FREDENHEIM. Tali-  
Z z z z z
lium

(839) In Libro Rationum Capituli Aboënsis R. *Gustavo* redditarum, (de quo sæpe commemoravimus) legitur: „S. *Bartholomæi Altaris Præbenda* huilkä Biskop *Martin* confererade *Magistro Michaeli* till en litten vndtsettningh, sidhan han aff Tydzskland kommin var.“

(840) Certe in laudato nuper Indice Capituli Aboënsis, reditus anni etiam 1552 ex hac utraque *Præbenda* ab *Agricola* percepti, exhibentur.

(841) Ipse scribit *Agricola* in Præfatione Versioni N. Testamenti *Fennicæ* præmissa (orthographiam ejus molestam & vitiosam, non autem ipsam orationem, emendamus): „Että tämän maan kieli oli, ennen neitä aikoja, juuri vähä, ja lähes ei mitäkän kirjoita eli pöckstävistä pruu-kattu taikka harjoitettu; niin ota nyt tämä, ehkä kuinga kaltainen he-  
 „olis, otollifesta, Herran puolesta.“ (h. e. Quum lingua hujus terre antea hæc tempora valde parum, imo prope nihil omnino, in libris





lium scriptorum tria tantum Auctor noster tangit; sed ipse AGRICOLA, in Præfatione metrica ad versionem Psalmorum Davidicorum Fennicam, recenset *Libellum Alphabeticum, Catechismum* (832), *Librum Precum*, (anno 1544, 8:0), *Novum Testamentum* (a. 1548, 4:0) (843), *Rituale* s. *Agenda Ecclesiastica (Handboken)*, *Missam & Historiam Passionis Christi* (hos tres libros a. 1549, 4:0) cum adjuncta *Historia Resurrectionis & Ascensionis in cælum Dominicæ* (844); quibus deinde accedebant versi Fennice  
Psal.

aut literis adhibita atque usitata; accipe igitur hæc, qualiacunque sint, benigne ex parte, s. nomine, Domini). In præfatione quidem ad versionem Psalmorum metrica scribit: „Se vanha julki Psaltarin texti, Josta No- „sturnit, Prim’ je Sexti Aina luettin ja veisattin, Rukoiltin ja myös „saarnattin, On syngy ja pin iä mones paikas, Kuins kyllä huomaat lu- „ku-aikas. Waan tai on (paitz’ pramin) felkä ja puhdas.“ (h. e. Vetus ille solennis Psalterii textus, unde Nocturnæ, Primæ & Sextæ semper legebantur, unde orabatur atque etiam prædicabatur, est difficilis & obscureus multis locis, id quod satis reperis lectionis tempore. Sed hic, absque gloriatione, perspicuus & purus). Sed non alium nisi veterem textum *Latinum* in Ecclesiis usitatum, indigitasse putamus.

(842) Hujus utriusque libelli exempla hætenus investigare nulla potuimus; quin neque B. *Mennandri* diligentia indagare ulla valuit. Admittunt SCHEFFERUS (*Succ. Literatæ* p. 316) & post eum RHYZELIUS l. c. edidisse *Agricolam* etiam *Hymnos Ecclesiasticos*, in linguam Fennicam translatos; quorum tamen nulla alia exstat memoria: unde valde dubium habemus, an ullus ab eo talis profectus liber fuerit? Cfr. *Fol. Hebdom. Ab. l. c. No. 17.*

(843) Hoc *Agricolam* anno jam 1542 transtulisse, ait MESSENIUS *Scand. T. X. pag. 25.* Ipse quidem in literis ad *Georgium Normannum, Abæ* a. 1542, d. 11 Dec. datis (apud CELSIUM *Monum. Palmisköld. pag. 183 sqq.*) opus se jam tum perfectum habuisse, significat; de cujus editione promovenda vehementer laborabat.

(844) Verba ipsius (quibus se quidem horum operum auctorem expressisse haud nominat, sed ita tamen ea commemorat, ut a se fuisse pro-



*Psalmi Davidici* (*Davidin Psaltari*, a. 1551, 4:o), *Cantica Mosis &c. cum selectis quibusdam capitibus IV Majorum Prophetarum*, & *priores IX Prophetæ Minores* (*Weisut ja Ennustoxet Mofesen Laista ja Prophetista ulosbaetut*) anno 1551, 4:o, atque tandem *horum III reliqui* a. 1552, 4:o (cum locis ex *Levitico & Deuteronomio* excerptis, quæ agunt de *Gradibus Consanguinitatis* intra quos matrimonium prohibitum est, nec non formulis *Benedicendi*, & *diris devovendi*) (845). Omnes hi libri *Stockholmia* prodierunt, ex officina typographica *Amundi Larsson* (846). Quantum opis ex *Regia beneficentia* ad eos edendos accesserit,

Z z z z 3

fecta, intelligi possit) hæc sunt: „*Kuin Abc - Kirja ensin on, Siittä „Alku Opista uskoon, ja Rukous - Kirjas sangen hyvän, Monitt' asioitt' täynnäs ja syvän. Senjälken sen Uuden Testamentin Herran armosta läpitze „prenttin, Käskikirjan, Messun ja Passion*“ &c. Cf. *MESSENIUS, Sccond, T. X, p. 25 & Chron. Rhythm. Finl. p. 51.*

(845) De *Versione hac Librorum Biblicorum Fennica* ex *instituto egimus in Foliis Hebd. Aboënsi*. a. 1778 pag. 92 -- 98; cf. *Maxime Rev. D. CHRISTOPH. WILH. LÜDEKE. Allgem. Schwed. Gelehrs. Archiv, I Th. p. 269 sq. & Fol. Hebd. Ab. a. 1796. N:o 15.*

(846) *Exstant in Archivo Palmisköldiano ad hunc literæ Agricolaë, datæ Aboæ d. 1 Aprilis a. 1551, quas exhibet Cel. FANT Observation. Select. Histor. Suecanam illustrant.* pag. 103 sq. Quæ adeo sunt memorabiles, & tantam nostris rebus affundunt lucem, ut inferendas easdem hoc loco existimen us: „*Evigha salighet met helse, lycke och wällfärdh „i Gudi vårom Herra altijd tilföresæ &c. Före thet omak och arbet, „som I hafve (käre Amunde, gode befyinnerlig ven) haft för the Fin- „ska böckers prentan och tryckerii här till dags, vard (varder) altsmec- „tig Gud utan twisvel Ider evinnerliga belönandes, hvad som på våra „syda brustit år. Så hafver man nu allt sedan i höstas och her til, och „än framåt, hållit ock med Guds hjelp anhöllandes varda (varder) „ppå Davidz Psaltare, til at transfererat på Finska, och år nu icke*



cesferit, definire haud valemus: non autem nihil accessisse,  
 pu-

„långt ifrån endan. Så bidher jag ännu ganska kerliga, at I vele med  
 „then Ehrevördige fadren *Magistro Olo Petro Holmensi* visfeligä förhö-  
 „ras om Kongl. Maj:it vår allernädigste Herre må verdigas gunstelige til-  
 „stådia, at samma Davids Psaltare book och andra slyka af then Heli-  
 „ga skrift, som ofreste och mest i Tydhegärderne och församlingen bru-  
 „kas plåga, och här i landet väl behöfves, kunde tryckte och prenthä-  
 „de varda; sedan arbetade man teste tryggeligare in transferendo och  
 „uthotkande, när thet sige en vils och oförtvifad frångång. Ty så-  
 „fångt värck kommer allena arbetaren til skam och skada, men ingom  
 „til nytto och gagn. Therföre görer våll, min gode ven i Herranom  
 „och skrifver mig her uppå et vist behageligt svar, ther man sig kan  
 „enteliga efterrätta. Käre *Amunde* bevisar ider her uti såsom Guds åh-  
 „ro thet kräver, och thenna arma grofva Finska almogens kennedom,  
 „tuchtan och läran eskjar. Förty af thenna medhöllande utskrift“ (has  
 „desiderari literas, dolendum est) „må I förstå, huru här i landit med  
 „then meniga arma stackars almogens hoop vydha vegna nu tilstår, så  
 „at *hungren är hvors mans gest hos bönderna, jämväl Prästerskapit.*  
 „Och finnes här i Köpstäderne intit spanmål falt. Och ändock samma  
 „utskrift är hastigt af en glunt plumpligha skrifvin och exciperat, så  
 „må I lijkvåhl låta Erevördige förde *Magistro Olavo* thet jemmerliga  
 „armod [låta] förstå. Kan hända at hans faderligh miskundsamhet varder  
 „i Gudi någon godh råd her til finnandes, antinge förkunnandes sådant  
 „thenna usla landsens Guds hempd, nepst ‘och plåga af Predikastolen,  
 „at Ridderskapet, borgare och andra Guds venner gjorde sit (hit?) med  
 „första öpna vattnit io någon undlåttning med spannmål; eller och om  
 „någon Guds ven och menniska kunde elties med goda låmpa och fögio,  
 „sådana landsens brister Kongl. M:it vår nädigste Herre tilkenne gifva.  
 „Item her ligger isen och snön ännu i dag så stark och fast, såsom  
 „om midvinters tid; och platt intet boskaps foder finnes för handene,  
 „shvarken hoos enom eller androm. Eordom var Finland vist et fynt  
 „land; men her epter, rådhe Gud hvad her af blifver. *Vi arma för-*  
 „*achtade ordsens tienare* hafvom ols besittat efter machten; men furdis  
 „fabula (usi judicant) narrata est. Gud betrit, som alt förmår. Then  
 „och ider här med evigt befallandes. Af Åbo med hast. Anno Domi-  
 „ni 1551, Aprilis prima.“ Multa ex his discimus literis. Quædam



putamus (847) : Cæterum *Agricolam* nostrum magnam curam

infra notabimus. Observatu præterea dignum est, M. *Olavum Petri*, licet pristina apud Regem gratia excidisset, non contemnenda tamen adhuc Stockholmiæ auctoritate apud omnes ordines floruisse, nec apud Regem ipsum nihil posse efficere; (in rebus quidem ad religionem spectantibus) fuisse existimatum. Quæ de misera Finlandiæ his temporibus conditio, atque sacerdotum quoque inopiâ & contemptu, supra pag. 703 not. 808) monuimus, novo hinc argumento confirmantur. Mirum autem putet, Regem de hac subditorum suorum miseria vel parum rescivisse, vel quasi timide hanc rem ei significandam commendari? atque ex civium misericordia plus fere auxilii, quem a Principis benignitate sperari?

(847) Hinc ex Fennia, mercedem aliquam opere sua Typographum accepisse, literis nuper citatis *Agricola* significat. Ob *incolarum hujus terræ paupertatem*, tota Biblia Veteris Testamenti typis publicari non potuisse, in Prefatiuncula metrica ad selecta Capita Prophetarum a se Fennice edita, idem queritur: („Ettai me Suomalaisit saa Prentettu kôkô „Biblia; ettâ me olemma kôyhât sängen En senvuoxi epâuskoon langen“ (h. e. Licet nos Fenni non adipiscamur tota Biblia typis edita, quod valde sumus pauperes; tamen in desperationem non pervenio). Non parum ex suo in *editionem librorum Fennicorum sese impendisse*, in Indice Prædiorum Ecclesiæ Aboënsis Regi exhibito (de quo sæpe), idem asserit. Quæ non magnam saltem a Rege operam huic consilio præbitam fuisse, ostendere videntur? Sed cum in literis ad *Normannum* submisisse adco ac timide, imo adulatorie, veniam roget Novi Testamenti Fennice publicandi, atque ut ea res a Rege sibi permittatur supplicet, atque præterea petat ut mediocris alicujus Præbendæ hic vacantis redditus pro hujus operis consummatione benigne annuendo conferatur, non videntur de simplici permissione rem suis impensis suscipiendi, intelligi hæc posse? Deinde narrat, pollicitum sibi fuisse virum illustrem (haud mediocri apud Regem gratia florentem) *Ericum Fleming*, de quo supra (pag. 711 sq.) diximus, se de eodem negotio Regi Regni que Senatus suam mentem, (*Agricolæ* favorabilem consilio) expositurum. Quomodo putet, tanta molimina nihil ultra spectasse, nisi ut tam laudabilis operis perficiendi potestas sibi concederetur? non enim Regem Fennis magis quam Svecis lucem invidisse Euangelii, credi potest; nec de subsidiis quibusdam sibi



curam atque diligentiam non modo ad scripta hæc con-  
cin.

privatim impetrandis interpretem, qui opus jam abolverat, Typographi operam flagitasse verisimile est. Accedit, quod legatum aliquod aut *Testamentum*, privati ut videtur hominis, piis illud in genere usibus devotum, (de quo nihil præterea scimus) *apud se depositum conservari* dicat, quod ut in hanc rem impendatur, vehementer rogat. Verba ipsa digna sunt quæ adferantur: „Immortales T. Rev. gratias ago, quæ tanta fide tan-  
„taque diligentia, coram Regia Celstudine, Domino nostro Clementissi-  
„mo, dignata est pro negotii mei, tam videlicet illius legati Testa-  
„menti apud me depositi ac conservati, quam pro interpretati Novi Te-  
„stamenti Fimonicî, *commoda executione*, omnem movere lapidem (ut  
„ajunt) & viriliter defudare.“ (Res itaque erat difficilis, gravibusque  
„obstaculis obfructa!) - - „Hoc tamen unum abs te, Ornatisime Vir,  
„per omnia sacra efflagitando peto, ut videlicet T. Rev. suafu, consilio  
„& auctoritate, Regia pietas, spiritu Christi cooperante, eo impellatur,  
„quatenus non solum permittat sua Clementiâ illud profecto divinum ac  
„longe saluberrimum *Nov. Test. opus*, pro multarum myriadum anima-  
„rum salute, gloriæque Dei propagatione, *in lucem prodere; verum et-*  
„„iam, *ut alicujus mediocris Præbendæ redditus hic Abocæ vacans, pro*  
„tam pii tamque necessarii operis faciliiori consummatione, aut hoc testa-  
„mento jam pridem sacris usibus condito, quod in custodia reservo, be-  
„nigne annuendo, conferatur: quid enim æque pium Christianumque  
„Magistratum ornat, atque gloriæ Dei & cognitionis Christi propaga-  
„tio, subditorumque tam divinus quam humanus singularis profectus?  
„Omnem igitur (adhuc oro & per quemquam usquam Tuæ Rever.  
„cordi fuerit, obtestor) operam, industriam ac studium eo in erdas  
„amantissime fautor, præsertim in Comitibus proxime futuris Arosiæ,  
„quatenus nulla occasione prætermissa, licet hæc in re compotem fieri.  
„Pollicitus est etiam & magni judicii & auctoritatis vir, Dominus *Eri-*  
„„cus Fleming, Eques auratus, *se de eodem N. Testamenti negotio, Re-*  
„„giæ Clementiæ Regniq; Consiliariis, inter alia negotia, suam mentem  
„per scripta expositurum. - - - Ego autem, *tametsi multo jam tempore*  
„hoc saxum solverim, videor ad fabulam Sisyphi non parum accessisse,  
„nisi Christus tandem ex alto opem ferre præsentaneam dignetur; ea ta-  
„men fretus, *exspecto hujus perdifficillimæ rei aliquem finaliter optatum*  
„eventum.“ Quæ omnia aliter explicari commode non posse putamus,





)

(



cinnanda, sed etiam ad editionem eorum promovendam  
A a a a a ad.

quam ut putes hoc egisse *Agricolam*, ut publica impensa, elaborata a sese interpretatio N. Testamenti Fennica imprimeretur: cujus voti compotem factum, exitus rei, de quo fere desperaverat, felix demonstrat. Non habebatur autem in toto Regno alia officina Typographica, quam illa Stockholmensis, sub oculis quasi Regis exercita, cujus in talibus suspiciosam severitatem satis testantur literæ suæ ad Archiep. *Laurentium Petri*, supra commemoratæ; vid. *Append. ad Hist. Eccles. Spegelianam* p. 101, ubi scribit: „Ty i wette wål, att inge böcker skole blifve med rätte publiceret, eller komma uti allmänneligit bruuk, med mindre thet skeer cum Regis gratia & privilegio.“ Cfr. Regis ejusd. literæ ad Episc. *Lincop. Johannem Brask*, a. 1526 datæ, apud *CELSIUM Monum. Palmst.* pag. 8, ubi dicit: „År icke heller wor willie, at noget prenteri skal uprettes i Södercöping, thez prenterij til försönng som nu i Stockholm med floor kost uprettet år, förtij thet ena kommer thet annet till förderf.“ Cf. ib. pag. 12. Ex quibus verbis fere colligas, Regis ipsius sumtu hanc typographiam fuisse institutam? Nec aliud significare videntur literæ Regis ad Consules Senatunque Stockholmenses dat. a. 1537, d. 10 Julii, (apud *JONAM BÄNG*, *Diff. de Monte Brunconis*, P. III. pag. 67, not.), ubi sciicit: „Theslikes år och vor vilie, at thet prenterijdt som för det menige bästa här i Riket upptagit år, skal blifva stöndendes i siälagardhen, efter ther år bequämlich rum ther till, som säfång stonda.“ (Typographiæ autem huic, vere Regiæ, jam ante a. 1549 præfuisse *Amundum Laurentii*, satis ostendit hæc ipsa versio N. Testamenti Fennica, a. 1548 ab eo prelo emissa: cf. *JOH. ALMANDRI Hist. Artis Typographiæ in Svecia*, C. II, §. I, pag. 30). Quis correctorem egerit plagularum typis impressarum, cum Fennici libri inde ederentur, existimare non possumus. *Psalterii Davidici* (ut & prioris partis *Prophetarum*) folio primo adverso, insignia Regis *Gustavi*, tabulæ lignæ incisa atque inde impressa, conspiciuntur; in quorum epigraphe significatur, esse Ejusdem *Suoson*, tahdon ja käslyn merkki, tämän kirjjan wahwisfluxxi (consensus, voluntatis & mandati signum, in hujus libri præsidium): unde tutius etiam colligitur, ejus munitum auctoritate & consilio, sumtuque suo editum, prodiisse? Contra minores illos libellos sumtu *Agricolæ* privato impressos fuisse, atque eo spectasse verba sua de impensis in libros cedentios Fennicos factis, supra allata, credas?





adhibuisse, apparet (848).

Invitum eum initio anni 1548, interveniente mandato Regio, Rectoris munus in Schola Aboënsi, cui per decem fere (ultra novem) annos præfuerat, resignasse (849).  
Auctor

(848) Adducta nuper monumenta, fatis hoc superque confirmant, immortalique popularium suorum esse gratia atque veneratione dignum, testantur; utpote qui solus plus ad ecclesiam collustrandam effecit, quam multi post eum alii præfuerunt.

(849) Ex literis tamen *Agricolæ* ipsius ad *Normannum* (de quibus supra), quadriennio quidem prius datis, colligas eum pertæsum molesti laboris in pueris informandis exhauriendi, commodiorem atque honoratiorem stationem recusaturum haud fuisse. Scribit videlicet: „Nam in „eam spem adduxerunt me T. Rev. literæ, summa in me benevolentia „& spontaneo favore refertissimæ, quod non tantum hac in re“ (N. Testi Fennici editione promovenda), „mibi, imo Christo Domino nostro, fidelis administrator esse velis, sed etiam, quod omnium maxime „in T. Rev. observantiæ dignatione, admirans amplector & laudo, ut „tum salutis tum dignitatis meæ rationem ultro se habituram polliceatur. Quamquam vero neque hujus vitæ admodum sim cupidus, neque „majorum in Ecclesia Christi functionum appetens, nisi forte in aliis officiis major opportunitas de ea bene merendi contigerit; non tamen ignorat T. veneranda humanitas, ut quæ olim ejus ludi pertæsa est, cujus „in luto equidem adhuc, velim nolim hæreo, quam permolesta sit provincia pueros, indomita ista animalia, ad aliquam bonam solidamque eruditionis frugem perducere. - - - Si quid igitur lucis meæ obscuritati „Tua colenda dignitas adjecerit, id totum quidquid fuerit, primum Deo „opt. Max. deinde T. præstantiæ, Vir Celeberrime, debita cum gratitudine acceptum me promitto relaturum quam lubentissime.“ Quæ, ut etiam reliquis literarum tenor, fatis ostendunt, eum blanditis aucupari gratiam viri hujus, auctoritate tum atque potentia florentis neque nesciisse neque neglexisse, & ab amplioribus ambiendis honoribus alienum non fuisse. Ac verisimile est, *Normanni* commendationem non omnino nihil postea quoque ad Episcopalem ei dignitatem comparandam, con-



Auctor tradit, (tanto scil. majori cura studioque partes officii Episcopalis, fenis loco *Martini* sibi præcipue de-

A a a a 2

man-

tulisse? Neque vero suspicari licet, reditus alicujus momenti (præter Præbendas, quas porro retinere licuit) fuisse cum munere Rectoris Scholæ conjunctos, quos amittere *Agricola* noluerit; parva enim illa Didactria quæ Magistro suo discipuli pendebant, & elemosynæ scholaribus tributa (*Dickne-penningar*) unius aut alterius parœciæ ruralis, in censum venire vix poterant? Cf. supra pag. 682. Certum nempe aliquod *stipendium* Rectori Scholæ (præter illud, sic dictam *salarium*, *vicium liberum* sumtu Ecclesiæ Cathedralis præbendam, & si beneficio nullo alio gauderet, elemosynas scholasticas, *Dickne-penningar*, parœciæ *Hauho* Tavasticiæ, tempore hyemali, parœciæ vero *Lundo* Fenniciæ Australis, tempore autumnali) neque olim tributum fuisse, ex literis Episcopi *Conradi* supra didicimus (pag. 561 not. 587); neque postea, præter idem illud *salarium*, & tenues sibi speciatim (ut videtur), a *Duce Johanne* assignatos reditus, (quos etiam munere exutus retinuit), alio *Herkepæum*, dum Rectoris officio præesset (Præbendis omnibus ærario jam vindicatis) fructum fuisse stipendio, supra (p. 682) vidimus. Ex illis autem quas retinuit *Agricola* Præbendis (*S. Laurentii* & *S. Bartholomæi*), quos reditus habuerit, mediocres sane, supra indicavimus (pag. 693 not.); quos quidem a. 1552 (Ecclesia licet *Rusko*, quæ ad Præpositum olim pertinuerat, addita, sed ita ut decimarum maxima pars ad emendum vinum, ceram aliosque Ecclesiæ in usus, nec non Capellani &c. stipendium, infunderetur) decrevisse reperimus, (ob annonam duriolem, de qua supra querentem audivimus): accessisse tamen sibi eo adhuc anno ex decimis Canonicalibus (s. pauperum) ipse notat 18 tonnas & 15 modiolos (*kappar*) Secalis, atque 2 tonnas & 16 modiolos Hordei. Præterea in Indice honorum Ecclesiæ Ab. (sæpius laudato) ipse addit: „Item för mit besynnerlijgh schrifferij medh breff och annat sodanth omaack som jagh „haffuer hafft synnerliga framföre andre Canichar bådhe i saligh Biscop „Mortens tidh, och jemvål hårtil dagx på Kirkiones och Bispens åren- „des vågna, så hafuer jagh *stundom* foot (fått) af Callila Söcken i tun- „na Smör, helst sedan M. *Hans* Domproesten dödde, och aff Jeskis foc- „ken 20 marck penningar, hvilke icke under prebendan lydth haffuer, „uthan åre migh ellies hår i Capittleth tillagde.“ Quibus omnibus in summam collectis, ipse docet se a. 1552 perceperisse Secalis 4 testas, 1 li-



mandatas, peracturum; successorem autem in Rectoratu Scholæ habuisse M. Paulum Juusten, paulo post docemur.

w\*) Quæ hic ab Auctore nostro de ortu & elaboratione Versionis Fennicæ *Psalterii* traduntur, difficilium conciliari posse videantur, quæ prodidit eadem de re *Agricola* (850)? Sed tamen ita licere putamus in concordiam

bram (pund, h. e. 6 modios, spann, qui 20 modiolos, kappar, singuli continebant, sive 4 tonnas); 2 modios (spann) cum dimidio, & 9 modiolos (kappar); h. e. circ. tonnas 150; *Hordei* 9 libras (54 tonnas) 4 modios (spann) cum dimidio, & 5 modiolos (kappar); h. e. 57 tonnas; *Avenæ* 3 libras (18 tonnas) 1 modium cum dimidio, & 4 modiolos, h. e. 19 tonnas; *Triticici* 5 modios (3 tonnas cum triente) & 3 modiolos; *Pisorum* 6 modios (4 tonnas) & 2 modiolos; *Butyri* 7 tonnas (84 libras pund). Post quas rationes ita redditas addit: „Humanissimi viri Domini Camerarii atque amici observandi. Om uthgiftten weeth man intet, sannat skrifva, uthan (oberömpth för Gudh och alla menniskior) söfom i Psalms stoor (stär), Pf. III: Disperfit, dedit pauperibus (scil. Scholasticis, mendicis &c.). Hebr. 13: Hospitalitatis ne sitis immemores. „Så äre och monge stycken medh sådh och penningar inköpdandes, som en fattigh mandz nöddhorffstigh husholdningh tilhöder, föruthan then deell som the Finska Euangeliska bökers omkastninghar bekräftuer.“ Adducere hæc plenius volumus, ut ex his omnibus ingenii animique sui indoles eo clarius eluceret.

(850) Non modo in literis ad *Amundum Laurentii* supra (p. 737 sq. not. 846.) allatis dicit: „Så hafver man nu alt sedän i höftas och her til, och än framåt, hållit och med Guds hielp anhållandes warden upp på *Davidis Psaltare* til at transfererat på Finska, och år nu icke långt ifrån endan,“ sed etiam in Præf. metrica ad hanc *Psalmorum* versionem scribit: „Muistas siis ruokillelas heitä Joka tulkitzit Suomexi neitä. Turun Kaupungis tapahtui se, Pyhän Lauritzan huonella. Siellä spoikan Christiani ilmei, Kuin Herra neitä meidän kautta tei.“ H. e. Memento igitur in precibus tuis illorum, qui hæc Fennicæ transtulerunt. Absenti in urbe illud contigit, in domo S. Laurentii. Eodem tempore.





cordiam reducere, ut primos illos *Fuusteni* (& discipulorum suorum), conatus, ille diligentius postea examinaverit, emendaverit & limaverit (851)?

*Agricolæ*, qui integram Diœcesin sibi collatum iri speraverat (cui sc. per multos annos laudabiliter præfuerat), divisionem ejus, licet sane consultissimam, & jam olim destinatam (supra pag. 283 sq.) parum placuisse; post imminutos ita reditus Episcopales, ut *Procuraciones* insignem eorum constituere partem censerentur (852), et jam minus obvenire mirum debet *Parœcia Borgensis* quæ

A a a a a 3

Diœce-

*filius meus Christianus apparuit (natus fuit)*, Cum Dominus hæc *per me faceret*). *Agricolam* sc. nostrum Canonicum fuisse S. *Laurentii*, (adeoque in ædibus ad illam Præbendam pertinentibus habitasse), in memoriam revocandum est. Tota Biblia Fennice reddere, in animo habuisse, si partes jam editæ emtores cupidos invenissent, & labor suus debito exceptus favore fuisset, in Præf. metrica ad ultimos tres Prophetas (quos ob intervenientem hyemem, statim cum reliquis edi non potuisse dicit: *Joiſta* (Prophetaista) *ſilloin-ne kolmet jdit Prentâmât; talven esteet ſen teit*) fatis ostendit, scribens: „Wielâ Bibliaſt muut tulifit, Jos nâmât otolli, ſet olisti, Oſtettaifin ja prukattaifin, kuin olis kyllâ kohtullinen.“

(851) Ipsa narratio Auctoris de ortu profectæ a discipulis suis ac se Versiois *Pſalterii*, necessitatem ulterioris, diligentioris & accuratioris elaborationis indicare videtur; vel quoad sensum textus originalis commode reddendum, vel quoad linguæ Fennice genium studiose observandum. Quæ forte emendatio atque opera *Agricolæ*, Auctori nostro minus probabatur? Non vacavit autem nobis, hanc Versioem vel cum *Lutheri* Germanica, vel cum Svecica, quæ non multo ante prodierat, conferre.

(852) Cfr. supra p. 733 not. 836. Docetur in *Glosario Cangiano*, in hac voce, *Procuraciones Episcoporum* esse, quæ debentur a sacerdotibus, cum Ecclesias sibi subditas illi visitant (quas alijs etiam, illorum



Dioecesi addebatur Wiburgensi, Auctori nostro totum significasse hodiernum territorium *Borgoënse* (*Borgo Hårad*) videtur; Parœciæ autem *Pyttis & Perno* (hæc *Agricolæ* natalis) ad tractum *Wiburgensem* referebantur. *Territorium Tavastiæ superius* (*Öfre Håradet*) Parœcias comprehendebat *Haubo, Lampis, Hollola, Itis, Padasjöki & Sysmä*; quæ eadem hodieque (cum novis postea ex iis enatis) ad Dioecesin *Borgoënsem* pertinent.

w\*\*) Ex *Svecia* redux (853), muneris sibi commissi administrationem statim fuit aggressus; nec nonnisi post partem Dioeceseos visitatam, solenniter illud auspicari placuit (d. 8 Sept.): pompa autem majori atque inprimis *Mitra*, in ea solennitate usum, ea re Regem offendisse, Auctor significans, quam ille fuerit in talibus suspiciosus, vel umbram *Papismi* exosus, simul docet. Hodie apud nos aliter judicari, nemo nescit.

γ) Nescio cur hanc observationem addendam Auctor judicaverit; cum hoc *emolumentum* neque illicitum, neque info-


justu Ecclesias visitantibus, debitas fuisse, observatur); easque interdum in summam pecuniarum fuisse conversas, quæ ipsis, etiam non visitantibus erat perfolvenda. Quomodo autem & quam largiter, apud nos fuerint olim exhibitæ, definire non valemus. Cfr. *Legg. Westrog. Kyrkiu Bolkr, IV Flækker*. Tardiores initio fuisse ad eas præstandas, quarundam Dioecesium Clericos, ex Bulla patet *Papæ Honorii III, Universis Ecclesiarum Prælati per Scarensem Dioecesin constitutis, a. 1220, 3 Novemb. data*, qua severe hoc illis officium inculcatur. Vid. *App. ad Recensionem Bullarii Celsianam*, a nobis ed. p. 12, not. 18. Quale aut quantum de cætero stipendium *Rex Agricolæ* ad Episcopatum promotio, assignaverit, nosmet latet.

(853) Quo, ut Auctor docet, cum reliquis Ecclesiæ Ab. Capitularibus, initio mensis Maji, iussu Regis profectus, atque Episcopus a Rege





)



insolitum videri deberet? Cfr. nuper disputata, not (852). Fere credas, cum quæ de minus probata *Agricolæ* nostro Dioeceseos divisione, fastuosiore ejus inauguratione, & lucro ex visitatione hac Ecclesiarum Ostrobotnicarum percepto commemorat, expendas, aut Auctorem nostrum minus amico in illum animo fuisse, aut ingenium illius minus visum ei fuisse probabile? Definere nihil valeo.

\*\*) Satis ex hoc loco patet, Auctorem in animo habuisse plenius hanc descriptionem suam persequi, quam factum esse jam videmus: nihil enim de hoc bello, in iis quæ supersunt commemorat; de quo cæterum consulantur scriptores horum temporum alii, TEGEL I. c. P. II, p. 306 — 341, MESSENIUS *Scand.* T. V. p. 108 — 111, CELSIUS *K. Gustaf I. Hist.* p. 734 - 743, VON DALIN I. c. C. 8, §. 3, 4, 6 - 13. Cfr. etiam MÜLLER *Samml. Russischer Gesch.* T. V. pag. 505 -- 508; cujus contra nostrates objectiones, narrationibus nixæ Chronicorum Rusficorum ineptis (quæ inter alia urbem Careliæ Syecicæ *Kinomet*, in rerum natura non existentem, a suis fortiter expugnatam docent!) facillime dilui possunt; nec melioris commatis sunt quæ affert LEVESQUE *Hist. de Russie* T. II, pag. 454 sqq. Qui inge-

ibi constitutus fuit Aboënsis; nova Dioecesi Wiburgensi M. Paulo *Juusten* simul demandata. Cumque fuisset uterque, jubente Rege, a *Botvido* *Suonoi* Episcopo Strengnesensi consecratus, (quod Archiepiscopus, eo tempore, Regis favore excidisset), reditum ita maturabant, ut vigilia S. *Henrici* (die proximo ante festum translationis suæ) h. e. d. 17 Junii, Aboam venirent. Cur autem Archiepiscopo Rex eo esset tempore iratior, Auctor non explicat; ob improbatum forte Regis cum tertia Conjuge, nepte secundæ, matrimonium? Quamvis etiam hæc culpa ei erat communis cum *Botvido*; qui ob hanc pervicaciam suam, non minus quam ob præstitam *Olavo Estri* in *Chronico* concinnando operam, admodum



ingenium moreſque R. *Gustavi I & Johannis Baſilidis II*, non omnino ignorat, facile v. g. judicare valebit, a quo bellum temere illatum induciasque fractas, veriſimilius ſit, ſi vel nulla rerum monumenta veram horum eventuum rationem illuſtrarent. Admirabile autem putes, quod l. c. diſputat MÜLLERUS: „Nun wollen zwar die Schwediſchen Geſchichtſchreiber - - - den Ruſſen aufbürden, als ob ſie dieſen Frieden zu erſt gebrochen: unfere Ruſſiſche Geſchichtsbücher aber, die als gleichzeitige Urkunden anzusehen ſind, behaupten das Gegentheile, und ſchreiben den erſten feindlichen Einfall, der im Jahre 1555 geſchehen, den Schweden zu.“ Quasi coeva monumenta omnino nulla (majore etiam fide digna, quam Chro-

(ſi non nimis) ſevere, brevi poſt fuit a Rege punitus: ita ut veram cauſam ejus hac occasione Archiepiſcopo prælati, niſi forte quod *Strengneſia Gripholmæ* vicior eſſet? indicare hæud valeamus. Cfr. MESSENIUS *Scand. T. V. p. 108*, HALLMAN M. *Oluff Petri Phæſe*, och M. *Lars Petri, til leſverne--beſkrifne*, C. 15, CELSIUS l. c. p. 827 ſq. & DALIN l. c. 8, §. 2 & 5, p. 438 & 443. Ridicule autem MESSENIUS l. c. p. 107, cum docuiſſet famoſum illum M. *Thorcerum Magni*, Canonicum olim Lincopiensem „cum aliquot detentus fuiſſet annis in carcere Gripholmenſi, XVII Junii cum M. *Michæle Agricola & Paulo Juuſten* luculenter „& ferventer de religione diſputaſſe, & demum ut inde liberaretur, ſe „victum *fortaſſis* fallum fuiſſe,“ addit: illos *ex Finlandia ideo a Rege accitos*. Cfr. præterea de hoc *Thorero* MESSENIUS l. c. pag. 99, 103: & CELSIUS l. c. p. 729, ubi *Agricolam* noſtrum, in quem atque collegam ſuum *Juuſtenum*, *Thorcerum* illum *feciffe impetum* (*han angrep*) narrat, male appellat *Pastorem Aboëſem* (*Kyrkoherden i Åbo*); quod etiam munus, æque male, ei tribuit TEGEL l. c. P. II, p. 290, ubi ſcribit (multiplici errore); „Samma år (1553) uthgick aff Trycket Davids Pfaltare „på Finske Tungemål, ſom then Höglårde Man, M. Michael Agricola, „*Kyrkherde uti Åboo* transfereret och uthfatt hade, hvilken ock ſedhan „Catechiſmum och ſecere hårlige Böcker, på ſamma Tungemål låt uthgå „aff prentet.“